

de Penitentia, cap. 14. nu. 7. lit. M. pag. 439.  
 & cap. 16. nu. 1. pag. 444. & Frater Emanuel  
 in Explicatione Cruciate. §. 9. nu. 70. & 1. p.  
 Sum. cap. 128. nu. 3. & nouissimè, Tom. 1. qq.  
 regul. q. 20. art. 10. Qui omnes Doctores  
 affirmât, q̄ Episcopi modo in foro conscien-  
 tię possunt absolvere ab Heresi occulta, &  
 Candelabrum aur. 1. p. tit. de Absolutione  
 nu. 13. & Enriquez vbi supra dicunt mul-  
 tos Iuris peritos Salmanticenses consultos,  
 videlicet Doctorem Moyam, & Doctorem  
 Solis, alterum Iuris Pontificij, alterum Iuris  
 Ciuilis moderatores primarios, ita respon-  
 disse, & Theologos videlicet Peñam, Me-  
 dinam, & Gallum de familia Predicatorum  
 hanc tenuisse, & docuisse sententiam, & Doc-  
 tissimum etiam Sanctium Episcopum Se-  
 gorbiensem, & Dominum Guerrerum Archi-  
 episcopum Granatensem, & Dominum Blá-  
 cum Archiepiscopum Compostellanum,  
 huius etiam fuisse opinionis affirmât. Qui  
 Reuerendissimi Presules magnam habent in  
 hoc auctoritatem, tum propter eorum singu-  
 laem doctrinam, & Sanctitatem, tum quia  
 vt Patres Ecclesię interfuerunt Concilio  
 Trident. Refert etiam Henricus, q̄ illustris-